



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Governatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 9. Variarum virtutum caussa, variorumq[ue] Græcorum heroum decus  
paupertas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)



gij opibus. Nonne ille tunc merito, & sibi, & ceteris, quibus ad dispiciendam veritatem non erat offusa caligo, supra eum eminere visus est, infra quem omnia jacebant? Multo potentior, multo locupletior fuit, omnia tunc possidente Alexandro, plus enim erat, quod hic nollet accipere, quam quod ille posset dare. Adeo fuit paupertas in Diogene potens.

## §. IX.

*Variarum virtutum causa, variorumq; Graecorum heroum decus paupertas.*

In compendio, apud Madaurensis Apul. in Apologia. Aelian. lib. II. variar. c. 96. Aristide iusta, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero disertus. Quod compendium ut intelligatur, omnium Graecorum, ait Aelianus, clarissimi praeclarissimiq; Viri, per totam vitam, in extrema mendicitate versati sunt, quis igitur diuitias laudavit, cum omnium Graecorum probatissimis Viris, sorte quadam, paupertas per uniuersam vitam adhaerit? sunt autem haec eorum nomina, velut Aristides filius Lysimachi, qui multa praecleara domi militiaq; gessit, & Graecis tributum ordinavit: At ille non tantum post obitum reliquit, ut exequijs celebrandis sumptus esset. Phocion etiam egenus erat, attamen cum Alexander ei mitteres



mitteret centum talenta, interrogavit: quam causam hac mihi donat? qui cum responderent, quoniam te solum, ex omnibus Atheniensibus bonum honestumque virum iudicat; Sinat igitur, inquit, me talem esse. Etia Epaminondas Polymidis filius pauper erat, cum autem Iason ei quinquaginta aureos nummos misisset, iniuriam, inquit, mihi facere incipis, & quinquaginta drachmis a ciue foenore acceptis, ut essent pro vitatico, profectus est in Peloponnesum. Cum vero nuncium allatum esset, armigerum eius pecuniam a captivo quodam cepisse. Mihi, inquit, da scutum, tu vero tibi cauponam eme, in qua viues; non enim ulterius pericula subire vult, cum dives sis factus. Pelopidas, cum obirent eum amici, quod pecuniaria rei ad vitandam conferentis nullam curam gereret, & inquit, me hercule res vilis est: Verum hinc Nicomedi, intento digito in hominem claudum & mutilum. Scipio quinquaginta quatuor annorum vita spatium emensus, neque emit neque vendidit quidquam, adeo paucus fuerat contentus, cum autem ei quidam scutum diligenter apparatum ostenderet, dixisse fertur; atqui Romanum ciuem par est in dextra spem ponere, non in sinistra. Ephialtes Sophonide filius pauperissimus fuit: etsi vero amici decem talenta ipsi donarent.



darēt, non accepit: hac, inquiens, me cogerent, reuertentem quidem vobis aliquid prater jus concedere; Sin minùs vos obseruarem, ingratiſſimum videri.

## §. X.

*Romanorum heroum paupertas.*

Talia dicta & alij dixerunt, vnde & eorum paupertas, & virtus eluceret. Nam nostro auro multi audiuerunt, Henricum IV. de se iocantem antè, quàm Franciæ gubernacula illi traderentur: Quòd rex esset sine regno, & maritus sine vxore, ac dux belli sine pecunia. Sed minùs mirum est, Christianos aut Christianissimos inopiam ita suscipere, vt in ea etiam iocentur; illud paupertatis pretium magis detegit, quòd ab Ethnicis, & solo naturali lumine, tanti fuerit æstimata rerum egestas. Quare, vt Ælianùs eam in Græcis, ita Valerius Maximus in **Val. Max. lib. 4. c. 4. n. 7.** Latinis ostendit. *Non magna latifundia L. Quintij Cincinnati fuerunt: septem enim iugera agri possidet: ex hisq; tria, qua pro amico ad ararium obſignauerat, multa nomine amisit: pœnam quoq; pro filio Casone, quòd ad caussam dicendam non occurrisset, huius agelli reditu soluit, & tamen ei quatuor iugera aranti, non solum dignitas patris familie constitit, sed etiam dicta.*